



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Talio, Sev Metiens Et Remetiens Mensvra**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1650**

§. 9. Iudæi Christum veste spoliantes spoliati quoq[ue] ipsi fuerunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52346)

tudinem, vt ultra duo millia & quingenta  
Iudæorum fuerint occisa. *I nunc & verbis,*  
*virtutem illude superbis, I, & dic, sanguis eius*  
*super nos, & super filios nostros. I, Iude cum*  
Deo; qui ait, *se quoq; in interitu tuo risurum.*

Matth.

27. 25.

Prou. 1.

26.

§. IX.

*Iudæi Christum veste spoliantes spoliati quoque  
ipsi fuerunt.*

8. Iudæi Christum sæpius veste exutum  
inuerecundè nudauerunt, exposuerunt ocu-  
lis irrisorum, virgis, flagris miserandum in  
modum ceciderunt. Vt par pari referretur,  
etiam ipsi, in hac obsidione, à tyrannis in  
vrbe, & famelicis prædonibus sunt spolia-  
ti, profugi autem ex vrbe, vestibus, pecu-  
nijs, vita exuti. Quin Syri & Arabes in mi-  
litiã adlecti, in discissis ventribus eorum  
pecuniam quæsiuerunt. Et quidem vna no-  
cte duo millia Iudæorum laniata sunt ad  
hunc modum, in quorû fugitiuorum visce-  
ribus aurum quærebatur. Et plures fuissent  
ad hunc modum mactati, ni Titus id man-  
dato prohibuisset. *In qua mensura mensi fue-  
ritis, remetietur vobis. Virgineum corpus*  
denudastis, vestibus ac vita exuendi fuistis  
& ipsi, qui pudorem dudum exuistis.